# The Electronic *Manipulus florum*

[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

## Virtus k

### cum fontibus proximo et primis

Omnes uirtutes sibi herent,
ut qui una caruerit, omnibus careat;

qui ergo unam habet, omnes habet.

Ieronymus in quadam epistola.

De hoc Hieronymus ait:
«Omnes virtutes sibi haerent,
ut qui una caruerit, omnibus careat»;

qui ergo unam habet, omnes habet.

Petrus Lombardus, *Sententiae in IV. libris distinctae*, 3.36.1.1 (Spicilegium Bonauenturianum, editio tertia, p.202, ll.6-7).

non enim semper uni uirtuti danda est opera,
sed, sicut scriptum est: ibunt de uirtute in uirtutem,
de alia transeundum est ad aliam,
quia haerent sibi et ita inter se nexae sunt,
ut, qui una caruerit, omnibus careat.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 78.39 (CSEL 55, I. Hilberg ed., p.80, ll.22-26).